NOVA EPISTOLA POLYPHEMI AD GALATHEAM PER PET-RUM MARTYREM MARTY-RELLUM ROCCHIGENAM

[Martyrellus]

115 mm

XXX1. [illegible]

Bought at Sotheby's 14 Nov 1902, no. 381
and subsequently bound for me at Broadway
by Katharine Adams.

S. C. Cockerell
Feb 25 1903
Richmond, Surrey

To Emery Walker
April 2 1916

Bequeathed back to me by my
dear friend E. W. 22 July 1933
SCC

Printed by Stephanus Guileretus
at Rome about 1520. See B. M. Cat.

The border opposite is from the Naples Æsop, - but recut, and reversed in the process.



NOVA EPISTOLA PO
LYPHEMI AD GALA
THEAM PER PE
TRVM MARTY
REM MARTY
RELLVM
ROCCHI
GENAM.

✠

REVERENDO DOMINO IOAN, BOTON. CAMERAE APOSTOLICÆ CLERI. DIGNIS.

TVarũ litterarũ & ingenii potius diuini quã humani admiratione duct⁹ ne quid olei tuæ peruigili lucernæ herbarũq; saccareæ ruminationi deficeret: hoc pręsens friuolũ nullius precii epistoliũ gerrisq; siculis vani⁹ Tulliano tuo sarculo & limæ poliendũ dñe Ioãnes musarũ alũne Romanęq; curiæ decus immensum dedi cõstitui dedicauiq;. Te nãq; inter pęstanos hybleosq; flores pręstãciorẽ agnoui nemine. Cuius si magis tenues minimosq; motes & odores graphice & affabre impigere ãplecti atq; hac Bauiana auena narrare vellẽ neq; picate cadmi filiæ Ausonio teste. Cãdida mellonis paginã nigellæ litura sepiæ gnidii littoris nod⁹. Nestoris atq; Annaci rpa suffi/cerẽt. Verũ laconicæ breuitatis amator & micrologiæ hoc de te vnũ referre audeo. Orbis & vrbis honos es quoi nõ secus ac ęsculapio virbius Athenedoro Augustus Ario Mecęnas Miloni Cicero Antiocho Lucul⁹ Chironi Achilles Hector Polidamanti & Agamenon Nestori debeo. Valeas nostri pauprimi ingenii acumẽ memor sis: & me Volcanũ diutina hac flãma nõ capera ta sed serena frõte liberes obsecro.

POLYPHEMVS GALATHEÆ PER PETRVM MARTYREM MARTYRELLVM ROCCHIGENAM.

ACcipias quas mittit amãs galathea salutes
Sicanii vulsas pectoris obsequio.
Blanda pharetratæ nil lędũt scripta tabellæ.
Sęua nocent: miti blandula verba placent.
Iussit amor quodcunq; legis tibi scribere: cuius
Quis vectigalis dona negare potest?
Qualescunq; cibos ructat gula deuorat: atq;
Nulla verecundi causa timoris inest.
Hybleis condita fauis mea cęna decora est.
Hęc sapit: hęc grata est: experiare licet.
Nulla obscęna meo cognosces carmine: turpes
Putra petunt: putis sors dare pura solet.
Demodoci debent peligno carmina vati
Effrenata: probum sitq; Catonis opus.
Dedecorare suos pręclaræ & nobile gentis
Cognomen: magnum est rusticitatis opus:
Fędera nulla Venus seruat: fallacia ...
Pignora amantis erunt suspitionis opes.
Ista triumphales magno cũ fęnore currus
Et diuum: atq; hominum sollicitare solet.
Nõ eget hęc stimulis: nã quo vis tẽpore surgit:
Atq; moraturos sobria adurget equos
Saccareas quare has polyphemo sume papyros
Et lege: nil obsunt exanimata tibi

Barbaricas hostis sęuo accipit hoste salutes.
Et salue in mediis ictibus esse solet.
Ingenuos accepta decet non tennere:nanq;
Hoc decus est:uere & nobilitatis opus:
Cur pateris moriar:non digna morte?decora
Extincto quæ nam pręmia ferre potes?
Sic me deludis?reprimis sic vota?sequentem
Sic fugis?& nostrum deseris ingenium?
Pone:licet:lybici crudelia membra leonis.
Cyrceis faciunt impia carminibus.
Sępe meo visa es geniali infundere fulcro
Amplexus:gratum reddere & officium.
At sonno excusus:depictum corpus apelles
Miratur:tabulæ compositosq; modos.
Arcanū poterit Venus inclyta pandere:clausit
Quæ detecta rotis:& latebrosa patet.
Accurre immensis vror galathea fauillis.
Da viuam:fas est:pręcipitiq; manum.
Desine virosos iratæ tygridis vngues.
Sęuitia est diri grande Neronis opus.
Multimodis si infecta venit lachrymosa litturis.
Ignoscas:pęnę causa fuere meæ.
Carminibus galathea meis cantaberis omni
Tempore:eris festo & concelebrata die.
Non adeo turpi sum:putri & fece creatus.
Insit quale pecus dicat ouile meum.
Neptuno genitore satus.genitrice thoaq;.
Sicania & nostra sub ditione iacet.

Vnicus est oculus: facies sed pulchra: & honest⁹
Est cultus: regis tegmina gemmiferi.
Coclitis hęc possit quid vis cyclopis: iniquus.
Acis: quo flumen nascitur: hoc memoret.
Murmure sulcat adhuc zanclea per arua tenetq;
Nomen: & est clarum magne pelore tibi.
Sępe meæ tempsit nodosæ vulnera clauę.
Sed frustrata suis obfuit ingeniis.
Me fontes. me sylua: lacus: me flumina noscũt.
Et quicquid nostra sub ditione iacet.
Non Cyane nostros potuit concutere postes
Blanditiis: Siculo conuenerata choro.
Sępe puellari ferratę limina portæ
Experta est nostræ carmine & arte domus.
Si placet aspicias: non sum tibi debilis heros.
Nos quoq; magnifica viuimus arte: & ope:
Herculeo multos hoc missi ad tartara trunco.
Suntq; nouercalis iurgia vana manus.
Hoc igitur diuum confisus numine: & arte:
Suspitio est nostris nulla timenda locis.
Clara racemosis mea fulgent tempora thyrsis.
Nec cereris desunt spicea serta deæ.
Nõ sumus immemores diuũ: nõ mentis egẽtes.
Noscimus humanum: sydereumq; genus.
Alternant nostræ diuturna negocia mentes.
Nos fora: nos strepitus: ocia nosq; tenent.
Vectigale venit varium: presentia notant.
Ius polyphemeum regio tota timet.

Qua vis nulla die fumantia thura caminis
  Desunt: atq; aris victima cęsa meis:
Antra vides: si regna placent nemorosa: laresq;:
  Quæ debent nostris inclita seruitiis.
Sicaniæ plaga tota domus mihi seruit: & ampla
  Trynachii amplector littoris arua manu.
Illustres populos: pecudum fecunda meorum
  Agmina respicias: magnificosq; lacus.
Aspice polliceor tibi que ditissima regna
  Plurima & equa vis poma relecta die.
Alchimedonteo non desunt vasa labore
  Cęlata: hornatum nonq; monile mihi.
Pollicitata tuo capias cyclope: volenti
  Et maiora dabit: si tibi gratus erit.
Peruigilatus honos: & nostræ cura iuuentæ.
  Seruiat obsequiis: nutibus atq; tuis:
Pachinus quicquid circūspicit: atq; pelorus
  Exhęret truncis o galathea meis.
Cętera quæ spectant lylibei culmina: regna
  Despiciunt nostros subdita non animos.
Sunt mea tęnariis decorata palatia saxis.
  Sponda micat gemmis luxuriosa meis.
Non corcyręis cędunt pomaria ramis.
  par est pactolo riuulus aurifero:
Fęcundis lybiæ vincuntur littora ab aruis
  Nostris: palmiferæ est gratia plena deæ.
Carmīe q̄d nemorē nūc magna palatia? & vrbes?
  Quid nemora: & colles saccareosq; locos?

Ethneus spectat flammoso vertice collis.
  Aequora saxa lacus sydera prata pecus.
Vitibus e nostris pendent diuturna lyei
  Munera: nec cereris gratia tarda mihi est.
Exultant volucrum modulis arbusta canoris
  Nostra: vllo haud desunt tēpore poma nuces.
Pinguia conseruat formosus ouilia phębus.
  Magna pales nostro flectitur officio.
Nulla autunnali mihi desunt prēmia mēse.
  Pomona aspirat numinibusq; suis.
Hic sunt aucupiis: hic sunt venatibus apta.
  Hic loca pisciculis Ennosigee tuis.
Hic redolent myrrhæ panchaia munera castæ.
  Lilia pęstanī pulueris atq; rosæ.
Vndiq; pellucent auratæ pondera gemmæ.
  Inficiunt culmen pharmaca nulla meum.
Sępe fluunt mensis stillantia mella flauiq;.
  Atq; ornant nostros molliafraga cibos.
Siue meis cupias liquefacta coagula multris.
  Capripedūq; genus squamigerumq; pecus.
Quid nymphas & pana ubi satyriq; bicornes?
  Quid referam & dryadū naiadumq; choros?
Ortus & occasus mihi sunt confinia solis.
  Hinc titulis debent ęquora terra meis.
Nil desit nisi tu nostri miserere salutem
  Des: querulas sume & o galathea preces.
Cur mihi difficilis facili es? cur pharmaca mellis
  Dira loco reddis? mutua redde licet.

Nonne vides casura notis violaria pęsti?
Collige matura ne tua poma cadant.
Lilia ne fundaseois candida ventis.
Fomite non semper callida flamma latet.
Cana senecta venit rugoso vertice: rebus
Vtere festiuo tempore sorte datis.
Non exoratis latebrosi ferrea ditis
Ostia flectuntur: tectaq; carminibus.
Quid mihi cōsiliū: vires: quid castra: qd anni:
Prosunt? quid tandem libera colla? nihil.
Quod non hostilis potuit manus impia pectus
Flectere: fęminea spernitur arte: dolo.
Abderitani non me genuere parentes.
Nec sęuum est inquā Nympha Neronis opus.
Vna fronte licet conspectem singula luce.
Auricomus simile hoc sol retinet vicium.
Et tamen imperio iouis est quodcunq; sub almi.
Est radiis notum solis: & arbitrio.
Canius ęthiopem coluit: glacilla colubrem.
Displicuit lause nec tibi pica loquax.
Cercophithęcus erat cronii: mus indicus atq;
Iam Marii exigua non quoq; cura fuit.
Sępe ęgo me memini placidis vidisse marinis
Fluctibus: & nostræ scisse cohortis aues.
Me genitor docuit teneris Neptunus in annis
Litterulas: cursus nossere & ęquoreos.
Ast amor insidias: & acutos cypria morsus:
Proq; petunt precio magna tributa suo,

Quid memorē heroas? quid sceptra īgētia diuū?
Et quid tarpei littoris imperium?
Esse suum rebus qui infusit: quassat & omne.
Aurum: Taurus: holor: pastor: auisq; fuit.
Formidanda sonāt: quo Mauors tela: cathenas
Lemniacas nouit cum Venere implicitus.
Haccine soluuntur nostri mercede labores?
Hęcfaciunt veris iurgia muneribus.
Dulihio frustor magis hyro asperrima quātū
Sunt iuga seuitiæ: & dura Cupidineæ.
Sępe deos pro te mea victima cęsa piabit.
Fumabunt parca nec pia thura manu.
Annua desistent non vota citaberis a me
Fautrix: & nostri gloria vera chori.
Rure arbusta meo concrescunt nulla perēnē
Quod te non seruent cortice falsidicam.
Sola potes quecunq; cupit dare vota petenti.
Atq; audire preces: reddere & inde vices.
Lenior es pluma: Venere es formosior: auro
Purior: Alpina candidiorq; niue.
Splendidior glacie: trutina quoq; iustior: alno
Maior: & aeriis altior arboribus.
Ditior es cręso: vitro fulgentior: vmbra
Gratior: hortensi floridiorq; rosa,
Mollior auricula atq; oleo trāquillior: alma
Penelopę: & tādem castior argolica.
Sume triumphales galathea hoc coelitis arcus,
Et meritis faueas prospera & acta meis.

Sola adamanteas tua possunt ora Cathenas
Flectere/prodesse & lumine luminibus.
Prꝗstet opes mihi nulla venus remorata / cupido
inceptis faueat/conceleretq; canes.
Prꝗsens ventura est melior fortuna/quod opto
Des hodie/ancipites cras tibi sume rates.
Integritate mea laudabor, Sesta natante
Æternum hinc sumpsit nomen amica suo.
Me duce pollebis solio veneranda iugali
Assurgetq; tibi regio tota deꝗ.
Respice cana venit messis, quid tennis ocellos
Intactos? plectrum quid Galathea meum?
Sola potes miseras Cyclopis scire querellas.
Et Polyphꝗmeas nossere blanditias,
Desine/quid merui? supplex ad vota sacerdos
Accelero/veniam des/pietatis opus.
Simplicitas vllo non est damnanda / dolores
Non iusta immensi laude venire solent,
I polyphemeis mea carta notata fauillis.
Sis nostrꝗ & charum pignus amicitiꝗ.
Iura puellaris scito officiosa cohortis/
Stamina, fila, colos, noscito, fusa, & acum,
Ite preces adflate aures/& carmina/surdas/
Atq; adamanteꝗ flectite colla deꝗ.
Ite salutigeros domine & date vota libellos,
Dicite & vt fastus/sꝗuitiasq; sinat,
Expectata dies/voti coniunctio/gratum
Responsum/nostros excruciant animos,

Vade/fores violare time sed/epistola/tantum
Hoc dic humano pax Galathea modo,
Audaci affari non aspernabere fronte/
Exige commissas/prepositasq; preces/
I propera/& quantũ pote carthula curre/videbis
Quod non mortali conuenit officio.
Quid facis?accelera/non discessura cubili/
Et dominę dicas/Nubilis annus adest.
Imperiosa meę cognosces verba magistrę.
Ne timeas/blando te leget obsequio.
Sępe venus versuta suo cõmittit amori
Quicquid holorino nectitur ingenio,
Quam grata Iliaco Paridi sua fata fuere/
Quondam thyndaridi qui placuisse ferũt,
Sępius alternat crudelia nautica pubes
Pondera/Atlas humeros mutat & ipse suos.
Incus lemnyaca resonat non semper in arce.
Nec saxum assidue est Sysiphiumq; graue/
Sed tibi cur miror mea tenni carmina?surdo
Es sata si vento/durior & scopulo?
Qualia trinachrii cuduntur spicula tectis.
Si tibi sunt pleno pectore vulnificę?
Lumina/frons/nares/adamantina tela/doliq;
Si sunt/incessus/si fraudes/laquei?
Perfidior pęno/spina distortior/alga
Vilior/atq; pice es nigrior hyllirica/
Durior es quercu/Parthis quoq; vanior vrsis
Hyspidior/fluctu surdior ęquoreo/

Tardior es Coclea: compresso immitior angue.
A sperior spina: sulphure putridior.
Delphino in mediis certe es lasciuior vndis.
Atq adamanteo fortior officio.
Passere vel gallo galathea salacior annis
Longior atq tuis es leuior paribus.
Si qua meæ audaces temeraria verba papyri
Exponunt: nimio causa dolore venit.
Adfari volui viuo sermone querellas,
Sed iussit timida me reticere Venus.
Prodere tecta nefas est viua voce dolores.
Pręcipua immenso causa pudore venit.
More boum iuga dura feram: si vota reseruas.
Si excussas reuocas carminis atq preces.
Suspitione caret quem plurima flamma: facesq
Constimulant: longus strangulat atq dolor.
Simplicitate teror: quid sedula pectora lędis?
Num fata Medeę es sanguine vulnificę?
Quina egi assiduis trieterica tempora pęnis.
Nec traxi nostris arida ligna focis.
Est nostrum numerare dies carbone: probatū
Hoc fateor: creta sed galathea tuum.
Nostra fides digna est ornari munere: vera
Nobilitas victæ est parcere militiæ.
Sum victus fateor: nostri cape dona trophei.
Atq fatigatum Nympha laboris opus
Sed cur męstiferis mage necto carmina penis?
Si lacerare meum non finis ingenium?

Parce pharetrato nimium temeraria cordi.
Quas laudes victo: & pręmia ferre potes.
Fręna pudoris amor contēnit magnus: & artes.
Hinc parcus patula naue furoris agor.
Parua licet nostro & sit gloria: palmaq; regno.
Degenerēq; genus numē & ipse meum.
Da: retraham insolito tua stamina: fila labore.
Imponas quod vis: desq; magisterium.
Non dedignabor regali vilia dorso
Ferre: & quod mulo est aptius: atq; asino.
Attenues alimēta: ferā: potumq;: cibumq;.
Obsequiis omni tempore adactus ero.
Soluet vtrasq; rates mors impia vincula nostrū
Vmbra fidem nectet testificanda meam.
Hos addet tumulo titulos mea fama perennes.
Hic Polyphemus amans: & galathea iacet.
Quisq; fleat: que flere licet sua dāna: creatur
Ex merito quicquid ferre patiq; decet.
Lux prius accipiet noctis: nox lucis amictū.
Quam meus absq; tuis viuat holor modulis.
Ante erit incolumis langor: mellita charybdis.
Quam reddas nostræ tedia vana lyræ.
Ante Acherōteos sulcabunt diua liquores.
Quam tuus e nostro corde recedat amor.
Qualia sint noscis libamina grata palato.
Fac tua mi pateant mutua: & inde pares.
Quę reticenda meo sunt vota petenda pudore.
Iure potes patulo noscere supplicio.

Non aurum / Eois non quod pellucet in antris /
Non quod Orontheo littore surgit opus /
Aurea non pecoris phryxęi vellera / coas
Expeto non vestes / coccineosq; sinus /
Vt te sed dominam pulcherrima nostra retentet/
Regalisq; domus curia magnificam /
Nulla Medusęi furibunda venena timeré .
Luminis / Alectus tartareasq; minas /
Impia non triplicis metuenda pericla chymerę
Nonq; charybdęi garrula saxa maris/
Prępda heu sum veneris . calefactis sępe medullis
Excrucior / diris exagitatus equis
Da laqueum / peragam pensiles Phyllidis artes /
Da ferrum / didus insta rerō miserę
Da colubrem / coniunx Ægyptia funera noscet.
Da prunas / cędet Portia mœsta mihi
Porge pilos / Fabii vitali stamine fungar,
Instar ero Euripidis / si dabis atq; canes ,
Vua adsit / retraham fatalis pensa Batilli .
Occurrat quercus / pręda Milonis ero
Da Phyltrū / & rumpam luculi fœdera magni
Pindarus assurget / si venietq; puer ,
Da soleas / Dyodore fugam cursumq; videbis .
Ænygma adueniat / & Chya musa tacet .
Fer lectum / Æmylium percusso pollice nosses,
Phthiria sit / Syllæ & anteferendus ero /
Quas cupies tandem pœnas / lętaleq; Phyltrum/
Misce eatra & pleno pharmaca vase feram ,

Non mea Rhypheis mater me eduxit in antris,
Non veſtę rapui virginis officium,
Non mea ſimplicitas ficta eſt, ſed cóſcia cunctis.
Proditur incluſa quod latet ore cute /
Vt bene non liquidos ſeruant rimoſa liquores
Vaſcula / ſic claudi non amor inde poteſt.
Deficit humani nil nobis / cur mea tennis
Verba igitur ? ſiſtas / quid Galathea fugis ?
Cantabam/memini/modulos teſtudine ineptos/
Quos puerile ſolet nocte referre genus /
At nunc/vt Paſſer viſcoſo vimine iactor
Alea vt eſt Veneris/follis/& vrna miſer,
Spes/timor/atq; venus/tria ſpicula noſtra cruētāt
Pectora/pectoribus non ſoluenda tuis.
Spes optat/retinet timor/& venus anxia adurit/
Pone/potes/tua ſunt tela/ſupercilium,
Saucius afficiar quibus omni tempore telis/
Riualeſq; meos.ſuſcipe & officium,
Pro mare/ſunt fletus/ventis ſuſpiria & angor/
Votum pro remis/linteoliſq; dolor.
Pro curis Comites, Spe temo/lyntre diurnę
Sunt pęnę, eſt malus flamma/rudens lachrymę
Pone quod eſt peius/lapidoſos vomere campos
Verto/& pro violis fertur auena/rubus.
Tempora diffugiunt meditor dum Talia/curre/
Quo tandem/& libitū eſt effuge/mors ꝑperat,
Omnia prętereunt eſt irreuocabile tempus.
Spes eſt multorum pallida mors hominum.

Innumeras hęc plaustra vehunt lętalia gentes.
Nullus ab hac falce tutus abire potest.
Peruigili hinc viuas trutina galathea creatum
Surripit occulto mors genus omne pede.
Prole cares: quam ferre potes galathea ingali
Digna thoro: pro me te Venus alma citat.
Quid precii post dona feres? mercedis: & auri?
Vicisti? pharetris tela reconde suis.
Quid meriti assiduo femur torquerier igne?
Sistas? nonne vides vror: & excrucior?
Collige pęstani bene olentis lilia prati.
Et violas: redolet dum violare tuum.
Alternas mihi redde vices: & congrua amoris
Spicula: ne ingratum sit tibi seruitium.
Sim voti compos fac impetrabilis: atq;
Accipias victrix que dare sola potes.
Poscenti affer opem: sitibundo pocula funde.
O desiderio sępe petita meo.
Siue legenda tibi sint hęc mea: siue tegenda.
Nutibus optatum certificare potes.

Octauius.Castel.Rom.P.Mar.M.

Quod Nasoneos superent tua carmina neruos.
Es testis Martyr carminis atq; sonus.

Alex.Bectan.Physicus.

Verba pharetrati dulcissima noscere amoris
Qui cupit & blandi pectoris obsequium.
Te legat: atq; tuas bene olentes ruminet herbas.
Expertusq; sciet miles in arte nouus.

FINIS.